106

In Capitaneatum Juniwladislavien=sem debitum infertur, et idem Capitaneatus datur Stanislao Jaroski Curiae Marschalco.

Alexander Dei gratia Rex Poloniae, magnus dux Lithvaniae, Russiae, Prussiaque etc. dominus et haeres, Significamus tenore praesentium quibus expedit universis. Quod cum in praesentiarum possessio bonorum nostrorum et Capitaneatus Juniwladislaviensis ad nos per mortem Serenissimae olim dominae Elisabeth Reginae Poloniae etc. genitricis nostrae devoluta esset, licet summam quatuor millium florenorum Hungaricalium generoso ac Strenuo Stanizlao Jaroski moderno Curiae nostrae Marschalco in et super exactione duorum grossorum terrae Siradiensis in felici coronatione nostra inscriptam, de illa ipsa exactione duorum grossorum terrae Siradiensis super census, theloneum et proventus praedictorum Capitaneatus Civitatis Juniwladislaviensis et villarum ad eam pertinentium transtulerimus et inscripserimus, prout id latius in aliis continetur literis nostris, tamen quia obstante Statuto Capitaneatum illum sibi non inscripserimus, idcirco ne

Capitaneatus

Capitaneatus Castri et Civitatis Junioladi-
slaviensis absq' administratione essent, vaca-
rentq' cum detrimento publico dictus et e-
xecutio justitiae communis inter subditos
praedicti Capitaneatus ministrandae diffe-
ratur praefato Stanislao Jaroski Curiae
nostrae Marschalco, qui de nobis et Repu-
blica bene meritus, nobis quoquè de fide
in agendis solerti factivitate commendatus
existit, Capitaneatum Junioladislaviensem
praefatum cum Castro et civitate duximus
dandum et committendum, illumq' ad eun-
dem Capitaneatum instituendum, gratiose
damus, investimusquè, ac illius et Civita-
tis Junioladislaviensis Regimen et guberna-
tionem sibi committimus per praesentes, con-
cedentes eidem Stanislao plenam facultatem
inter subditos illius Capitaneatus cujus-
cunquè Status et conditionis existentes ju-
risdictionem omnia faciendi et praesertim ju-
stitiam juxta communem juris Regni no-
stri ordinem ac consuetudinem vigore officii
Capitaneatus praedicti ministrandi et exactio-
nes faciendi, aliaquè omnia, quae alii Ca-
pitanei aliorum bonorum nostrorum Regniq'
nostri jure dictante faciunt, et facere con-
sueverunt, exercendi. Quem Stanislaum Ja-
roski et Successores suos spondemus de dicto
Capitaneatu

Capitaneatu non amore nec amoveri facere tamdiu, quamdiu tenutam habebit possidebitq' censuum, proventuum, bonorum et villanum omnium ad Capitaneatum eundem Juniovladislaviensem pertinen[tium], harum quibus sigillum nostrum est subappensum testimonio literarum. Datum Cracoviae feria quinta post festum Nativitatis gloriosissimae Virginis Mariae, anno Domini millesimo quingentesimo quinto, Regni nri quarto.

Alexander Dei gratia Rex.
manu ppria.

Przepisana iest ta Kopia z Oryginału pargaminowego annihilowanego, od którego pieczęć odięta, Roku 1785. dnia 7. miesiąca Lipca.